



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

de remediis iracundiæ. ca. 27.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

cum indignatur, sed criminis, qui punit: non ut lædat,  
sed ut lædendo emender, quod quidem opus non ini-  
micitiæ est, sed bencuolentiæ & dilectionis.

## De remedij iracundiæ.

## Cap. XXVII.

**N**on possumus efficere, quin aliquando plus erit  
am quam oportet irascimur. Quandoquidem  
id sanctitate quoq; præditis hominibus inter-  
dum contigisse satis constat. Moses iratus præuarica-  
tioni plebis vitulum adorantis, tabulas legis digito dei  
scriptas confregit. Idem iratus fuisse dicitur filius Aa-  
ronis sacerdotis, q; hircum quem pro peccato oblatum  
comedere debuerant, totum in holocaustum obtule-  
rint. David in Absalonem filium iratus fraternæ cœdis-  
reum, vix amicorum precibus exoratus post biennium  
coram se apparere illum permisit. Hi tamen excusabiles  
videntur, quia in delinquentes animo extiterint indi-  
gnato, nec sine causa irati fuerint. Sed quo pacto excusa-  
bitur nescio ipse in utero matris sanctificatus Ieremi-  
as, vel ipse ore domini laudatus Job. Ambo enim ob in-  
dignationem impatientiamq; mentis, diei in qua natū  
sunt, maledixisse referuntur. Alter conquestus est q; p-  
bra irrisionesq; perferret pro sermonibus dei, quos in  
populum vulgabat. Alter quod supra modum miseris  
calamitatibusque oppressus esset. Quasi vero non liceat  
domino quicquid vult de seruis suis facere. Ionas etiam  
sanctus propheta mortem sibi expetiuit, indigne ferēs,  
quod Niniue seruata suam fefellerit diuinationem. Vn-  
de arguitur a domino dicente. Putas ne bene irasceris  
tu? Quis autem excusare illum audet, qui increpatione  
accusatur diuina? Quid de apostolis dicam, & his quidē  
a sapientia dei electis? nonne indignati fuisse memoran-  
tur, cum a filiis Zebedæi principatum peti audissent?  
Sed quemadmodum illi ab ambitione ad humilitatem  
& ab indignatione ad placibilitatem domini admoni-  
tionibus reuocati sunt, ita & nos quoties repentina ali-  
qua mentis ægritudine commoti fuerimus, quā primā

Moses.  
Exo. 32  
Leu. 10  
David.  
2. Reg. 14

Iere. 20.  
Job. 3.

Ionas. 4.

Apostoli

## De charitate Liber VII 519.

ad æquantitatis remedia recurramus. Morbus inuen-  
teratus plus laboris exigit in medendo, recentis vero fa-  
cili curatio est. Primum cauendæ tibi sunt contentio-  
nes, & eorum qui natura iracundi sunt, consortia fu-  
gienda, litibus foroque abstinentum, dicente Aposto-  
lo. Seruum dei litigare non decet. Cum nemine pertinā-  
cerit contendas, quia arrogantiæ vitium est. Delatori-  
bus non facile credas, neq; de absente obrectantiū in-  
juria irascaris. Invalidus est ad lædendum qui tibi co-  
ram negotiorum exhibere non audet. Quod si præsentium  
offensam moderate ferre debemus, quanto magis ab-  
sentium! Si contigerit ut iræ motum concipias conce-  
ptum reprime: & quod intra te natum est, intra te &  
moriatur, nec verba exterius prorumpant nec opera.  
Audi psalmistam dicentem, Turbatus sum, & non sum Psal. 77  
locutus. Et iterum, Cor meum conturbatum est intra Psal. 108  
me. Abortiuum igitur fiat, quicquid iracundia intra  
te conceperit. Parum concepta indignatio nocet, edita  
multum. Viperarum genimina sunt, quæcunq; parere  
solet furor. Irascimini & nolite peccare, ait Apostolus,  
sol non occidat super iracundiam vestram. Irisci, ho-  
minis est: per iram non peccare. Christiani est. Illis au-  
tem solem iustitiae occidere credas, qui iram in odium  
conuertunt. Nunquam cito in alterum excandescas, di-  
latio incipientem sedabit motum. Obserua itaq; Iaco-  
bi apostoli præceptum: Sit (inquit) omnis homo velox  
ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad irā.  
Ira enim viri, iustitiam dei non operatur. Obliviscere  
iniuriæ, & de vindicta ne cogites. Impatientiæ vitium  
est viciisci cupere. Patientia autem virtus, offensam me-  
moria non retinere. Divina legis est præceptum: Non  
quæras vitionem, nec memor crisi iniuriæ ciuium tuo-  
rum. Deum time, & irisci quoq; timebis. Obserua Apo-  
stolum dicentem: Omnis amaritudo & ira & indigna-  
tio & clamor & blasphemia auferatur a vobis, cum o-  
mni malitia. Cui sententiæ Salomō astipulatur, dicens.  
Aufer iram tuam a corde tuo, & amove malitiæ a car-  
ne tua. Hoc ipsum sanctus propheta in psalmis iubet cū Eccī. 12

2. Tim. 2.

Eph. 4.

Iaco. 1.

Leu. 19  
Eph. 4.

Leui.4

ait. Quiesce ab ira, & derelinque furorem, noli æmula-  
ri vt malefacias, quoniam qui malignantur, exterminabuntur. Nihil existimes laudabilius, nihil Christia-  
no dignius placabilitate atq; clementia, & rursum ni-  
hil indecentius neque foedius immanitate, superbia,  
ira, impatientia. Reticulum iecoris offert domino, qui  
toleratione superat iracundiam. In iecore enim in ipso  
humore fellis, iræ receptaculum esse creditur, & quoni-  
am hoc sacrificium in lege pro peccato offerri iussum  
fuit, puto quod is qui in omnibus patiens fuerit, & præ-  
teritorum criminum facile veniam consequetur, & in  
futurum innocentiam custodiet: seruata autem innocē-  
tia, inter beatos computabitur. Super omnia vero pro-  
derit, mente reuoluere, tum quæ patientibus proposi-  
ta sint præmia, tum qualia impatientibus tormenta.  
Cogitare quoq; quanta pro nobis pertulerit dominus,  
quanta omnes, qui nunc cum illo sunt sancti, vt tali do-  
mino digni inuenirentur.

## De benedicendi studio.

## Cap. XXVIII.

Eccl.3  
Gen.37  
Gen.49

Luc.24

**P**ost hæc optimum erit, ad seruandam erga omnes  
humanitatem animiq; māsuetudinem, benedicen-  
tiæ linguam assuescere, ac semper veluti immane-  
præcipitum, sic euitare maledicti verbum. Omnibus  
benedicere, & ne maledicentibus quidem maledicta re-  
ferre, magnæ constantiæ, magnæq; tolerationis indi-  
ciū est. Benedic liberis tuis, quia scriptum est: Bñdicatio  
patris firmat domos filiorum. Benedixit Isaac filio suo  
Jacob, & domino annuente cuncta quæ illi in votis fan-  
do congesserat, feliciter successerunt. Ipse etiam Ia-  
cob vita decedens, benedixit nepotibus suis Manasse  
& Ephraim, diuinitusq; inspiratus futuras filior; sor-  
tes cecinit. Bñdic seruis tuis. Chrs dñs benedixit disci-  
pulis suis. Etenim sicut Lucas ait, ab eis in cælū recessu-  
rus, eleuatis manib; bñdixit eis, oñdens quod q;cunq;  
sua bñdictione se dignū exhibuerit, ipm in cælū cùtem  
sit secuturus. Benedic populo tuo. Moyses & Aaron sa-